VETUS TESTAMENTUM

Entstehungsort unbestimmt, 2. Hälfte 15. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

cubuit super puerum posuitque
os suum super os pueri et o
culos suos super oculos eius
et manus suas super manus eius
et incurvavit se super eum et
calefactus est corpus pueri Et
ille revertens se ambulabat
in domo semel huc et illuc
et ascendit et incubuit super
eum Et obstruxit puer septies
aperuitque oculos Et ille vocan
vit eum et dixit ei Vocca su
namitide hanc Cum vocata
introgressa est ad eum Qui ait
Tolle filium tuum Venit illa
et corruit ad pedes eius et
adoravit super terram tulitque
filium suum et egressa est He
liseus vero reversus est in
galgala Erat autem fames
in terra et filii prophetarum se
debant coram eo Dixitque viro
de pueris suis Pone olla
grandem et coque pulmen
tum filiis prophetarum Et egressus
est unus in agrum ut colligere
et herbas agrestes Inve
nitque ibi vitem silvestrem
et collegit ex ea colocynti
das agreste et implevit pallium
suum et reversus cecidit in
olla pulmenti Nesciebant enim
quid esset Infuderunt pauperi
ut comederent Cumque gustasset
de coquina ex damante
runt dicentes Mors in olla
vir dei Et non potuerunt ede
re Ait ille Afferte mihi
farinam et misit in olla et
ait Infunde turbae ut co
medat et non fuit amplius
quidquam amaritudinis in olla
Ecce autem quidam venit de
balsalisa de fertis viro
dei panes primicias XX pa
nes ordeaceos et frumentum
novum in pera sua Ait ille ait
Da populo ut comedat Ministe
ratque minister eius Cui tu hoc est
ut apponam coram centum viris
Rursum ille Da ait populo ut
comedat Hoc enim dicit dominus
Comedet et supererit Posuit
itaque coram eis Qui comede
runt et superfuit iuxta verbum
domini

Capitulum quintum

Naaman princeps
militiae regis syriae
erat vir magnus
apud dominum suum et honoratus
Per illum enim dedit dominus salu
tem syriae Erat autem vir for
tis et dives sed leprosus
Porro de syria egressi fuerant
latrunculi et captivam duxerant
de terra israel puellam parvam qui
erat in obsequio uxoris nea
man Quae ait ad dominam suam
Utinam fuisset dominus meus ad
prophetam qui est in samaria
Profecto curaret eum a lepra
quam habet Ingressus est
itaque naaman ad dominum suum
et nuntiavit ei dicens Hoc
et sic locuta est puella de
terra israel Dixitque rex syriae
ei Vade et mittam litteras ad
regem israel Qui cum profectus
esset et tulisset secum decem
talenta argenti et VI mi
lia aureos et X mutatoria
vestimentorum detulit litteras
ad regem israel in hunc modum
Cumque accepisset epistolam hanc
misit quod ingerem ad te ne
aman servum meum ut cures
eum a lepra sua Cumque legis
set rex israel litteras scidit ves